

Secundus phisicorum.

motui sed est a natura quia vnūquodq; naturaliter quiescit in loco ad quē naturaliter mouetur non tamen quodlibet mobile habet principium quiescendi vt celum sed hoc pro tanto dicitur quia nō solū motus sed etiam quietis est principium. Deinde dicitur primum quia natura et si sit principium motus mixtorum nō tamen primo vt cum animal mouetur deorsum non mouetur naturaliter in quantum est animal s; in quantum terra dicitur in eo. Dicitur per se contingit enim aliquando q; aliquis medicus est sibi ipsi causa sanitatis et sic principium sue sanationis est in eo sed hoc est per accidens accidit enim eundē esse medicū et sanari sanatur em̄ secundū q; est infirmus.

¶ Notandū preterea secundū ari. q; aliud est natura et hñs naturā. Et esse scdm naturā quia habens naturā est illud qd̄ habet in seipso principium sui motus et talia sunt omnia subiecta nature. S; esse secundum naturam ē esse causatum a principio naturali et sic tam subiecta quorū esse est a natura q; eorum accidentia dicuntur esse a natura sicut ferri sursum nō est natura neq; habēs naturam sed est catus a natura qd̄ aut sit natura dictū est q; ē ipm̄ principium motus.

¶ Notandū preterea per. S. L. q; phis̄ excludit presūptionē quorūdam volētium demonstrare qd̄ sit natura. Et dicit q; hoc est ridiculum quia manifestū ē s; m̄ sēsū q; multa sūt a natura q; hñt principium sui motus i se velle aut demrāre manifestū per nō manifestū ē illi q; nō pōt iudicare qd̄ ē notum propter se et qd̄ nō est notū ppter se q; dū vult demonstrare id quod ē ppter se notū vt i se qd̄ non est propter se notum. Et ideo talis assimilā ceco nato volenti iudicare de coloribus. Naturam autē esse est p se notū s; qd̄ sit vnū cuiusq; natura nō est per se notum. Ex quo patet q; auicēna irrationabiliter improbat ari. dictū volēs demrāre naturā eē q; ignorātia principiorū mouentū nō impedit quā naturā eē sit p se notum.

¶ Notandum preterea q; consequēter philosophus ostendit q; natura dicitur et de materia et de forma vnde sciendum q; antiqui philosophi non valentes vsq; ad materiam primam peruenire aliquod corp⁹ sensibile puta ignem vel aerem posuerunt primam omnium rerū materiam. Et sic sequebatur q; omēs forme aduenirent materie tanq; in actu existentī sicut in artificialib⁹ forma cultelli accidit ferro iā existēti in actu. Et eodē mō opabatur in naturalibus et artificialib⁹. Et hui⁹ signū dabat antiphon q; si aliquid piciat lectū ad terrā et ligna putrescēdo accipiunt potētā vt ex eis generet germen id qd̄ generat nō erit lectus sed lignū et q; subā est que permanet et nature ē sibi simile generare cōcludebat q; oīs dispositio que ē scdm quācūq; rationem vel artem est accidens et id quod permanet est subā que suscipit talē mutationē. Supposito ergo q; forme rerū artificialiū sint accidentia et materia subā assumebat aliaz ppositionē q; sicut se habet lectus et statua ad es et lignū ita et quodlibet horum se habet ad aliquid aliud quod est materia ipsorum vt es et aurum ad aquam quia omnium liquabilium materia videtur esse aqua vnde cōcludebat q; materia esset tota substantia rerum vnde poete theologizantes dixerunt terram esse subām oīm rerū. Postiores vero phis̄ ignē vel aquā vt patet ex primo hui⁹. Et hec est differentia quā ponebant inter materiam et formam scz q; differebant scdm accidens. Alia autē ē dīa quam ponebant scz scdm corruptibile et incorruptibile.

Illud enim quod ipsi ponebant primum principium puta aquam dicebant incorruptibile. Es vero et omnia alia dicebant corruptibilia. Nec autē potestio vera est quantum ad hoc q; materia est subā rerum naturalium. Sed quantum ad hoc q; ponit omēs formas esse accidentia falsa est vnde ex hac opinione phis̄ concludit id quod verum est scz q; natura dicitur materia que subicitur vnīcuiq; rei naturali habenti in se principium motus vel mutatiōis.

¶ Notandū preterea q; phis̄ ostendit tribus rationibus formam esse naturā. Prima quia sicut illud est ars quod cōpetit alicui in quantum est scdm artem et artificiosum ita illud est natura quod cōpetit alicui in quantum est naturale sed illud quod est in potentia tantū non dicimus habere aliquid artis q; nondum habet spēm lecti ergo in rebus naturalib⁹ id quod est secundum potētā caro et os non habet naturā carnis et ossis anteq; accipiat formā secundū quā sumitur ratio dīfinitiuā rei per quā scz scim⁹ quid est caro vel os nec adhuc est natura in ipso anteq; habeat formā ergo natura rerū naturalium habentium in se principium motus est forma que licet non separetur a materia tamen differt ab ea ratione. Sicut enim es et infiguratum quīs sint idē subiecto tamen ratione differunt ita materia et forma quia nisi forma distingueretur a materia non esset alius et alius modus quo forma et materia dicuntur natura vterius autem ex ratione premissa procedit ad ostendendum q; forma sit magis natura q; materia quia vnūquodq; magis dicitur secundum q; est in actu q; secundum q; est in potentia sed per formā ens naturale est in actu et per materiam in potentia igitur. Ex hñs igitur possunt haberi .5. conclusiones. Prima q; natura bene est dīfinita secunda q; naturam esse non potest demonstrari tertia q; natura dicitur de materia quarta q; dicitur etiā de forma quinta q; forma est magis natura q; materia.

¶ Contra primā arguitur Celū habet naturam et tamen non habet in se principium sui motus sed mouetur a motore separato ergo natura non est principium motus eius in quo est. Item entia naturalia generantur a natura et tamen principium eorum est ab agente extrinseco vt quando aqua calefit vel aer in ignem conuertitur. Item leuitas non est natura rei et tamen est principium quo aliquid mouetur sursum et similiter arguitur de grauitate que est principium motus eius in quo ē forte dicitur q; nō est principium primū sed principium primum est ipsa forma. Contra sequetur q; insaiata haberent in se principium actiuū sui motus forte dicitur q; sufficit formam esse principium primum passiuum. Contra sequetur q; motus violentus deberet dici naturalis quia esset a principio intrinseco passiuo. Item materia ē primū principium passiuū p; ex secūdo argumento.

¶ Secūdo materia est natura et tamē nō est principium motus. Item animal habet in se principium sui motus scz augmentatiōis et nutritionis et tamen nō habet naturā p; quia. S. L. dicit q; et si natura sit principium motus cōpositorū nō tamē primo. Item in dīfinitione nature ponit principium et cā sic ibi videtur esse nugatio. Item dicit ibi copulatiu mouendi et quiescēdi hoc autē est falsum vt patet de celo. Item impossibile est idem moueri et quiescere ergo nō habet simul principium vtriusq;. Item tota terra cas thegozeumatice nō habet principium mouendi quia